

Les sources manuscrites de la théorie de la musique (S. IX-XVI)

Paris, Bibliothèque nationale de France
Lat. 1093, f. 84ra

Transcription : Shin Nishimagi
(février 2011)

¹ Quid est organum ?

¹⁻³ Cf. CS 1, p. 307b ; Seay, *Anonymous II*, p. 16.

² Organum est sonus armonicus diversis troporum consonanciis dulci concordia prolatus, simphoniis variisque metrorum coloribus adornatus. ³ Organi tres sunt species: dyaphonia, copula, prolation.

² troporum] corporum

⁴ Quid est musica ?

⁵ Musica est veraciter canendi sciencia et facilis ad canendi perfectionem via.

⁶ Unde dicitur musica ?

⁷ Musica dicitur a mois, quod est aqua, et ycos, quod est sciencia, quasi scientia iuxta aquam interpretatur.

⁸ Quid est cantus ?

⁹ Ipsa modulatio vocis, quam in cantu dicimus esse formam.

¹⁰ Quot modis debemus cantare ?

¹¹ Sex, scilicet ascendendo, tenendo, descendendo, sustinendo, unisonando, dividendo.

¹² Quid est cantare ?

¹³ Formam modulationis tenere.

¹⁴ Quomodo debemus cantare ?

¹⁵ Simul debemus incipere, simul cantare, simul pausare, simul finire, nec binis post alium remanere.

¹⁶⁻¹⁷ cf. Cochin, *Socrate*, p. 31, l. 11 (= I-Fl Ashburnam 1051, f. 170ra)

¹⁷ Ens discretum ad aliud relatum.

¹⁸⁻¹⁹ cf. Cochin, *Socrate*, p. 32, l. 8-10 (= I-Fl Ashburnam 1051, f. 170ra)

¹⁸ Quid est ens in musica ?
¹⁹ Dicitur esse punctus in relatione quorum causarum quedam euphoniasive quedam soni concordia.

²⁰ Videmus quomodo musica inventa fuit et qui fuerunt inventores musicæ. ²¹ Ad hoc dicendum est quod Guido monachus et Greci quidam invenerunt musicam in summitate maris, ubi sepe dulcissimum sonum audierunt. ²² Quoddam saxum erat positum longe, ubi Serenes esse putabant. ²³ Illi autem tale ingenium quesierunt quod bene ad saxum mirare potuerunt. ²⁴ Saxum illud concavum erat, et ventus et mare per septem foramina intrabant et inde melodie et cantus fiebant. ²⁵ In saxo VII foramina aperta viderunt, et ibi VII voces invenerunt et VII mutationes et VII claves musicæ artis.

²¹⁻²⁵ cf. B-Gu 70, f. 80r-v.

²⁶ Sciendum est quod ab inventoribus nostris extitit approbatum quod in omni ligatura cantus Gregorialis sancte ecclesie est, ²⁷ ut primus punctus longus existat et penultima et alii proferuntur continue et equales. ²⁸ Ultima vere mediis debet cohecari, et est quia omnis cantus debet esse dulcis, et finis habet suo principio convenire, ²⁹ quare humanior adjunctio tollatur, et maxime in locis in quibus agunt <...>, et fines demonstrantur ut in caudis canticorum et in neumis.

²⁹ canticorum] canticum